

Præmissum declarationem, & decretum sequens, & utilitas.

Classula de perpetua Literarum Inoff.

Propter opportunitatem.

Parochiæ, aut Chori necessitatibus quoad poterunt, infervere, & qui Jubilationem obtulerunt, valeant pro libito Chorum frequentare, atque etiam, non obstante hujusmodi Jubilatione, si Divinorum Officiorum ratio id exigat, possint ad servitium Ecclesiæ revocari.

§. 29. His porro declarationibus atque decretis, quæ prævia matura deliberatione, auditoque, ut præsertim, nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum, aliorumque prudentum atque doctorum Virorum consilio, per has Nostras Literas fecimus atque Apostolica Autoritate statimus, pluribus controversiis finem factumiri consilium; Eademque opera tam Episcopis, aliisque Locorum Ordinariis, quam ipsis, de quibus agitur, Ordinibus Regularibus, utiliter consultum esse existimus; Episcopis nempe, sive Ordinariis, quorum frequentius audivimus querelas, super nimia facilitate, qua hujusmodi Canonici Regulares ad Ecclesias Parochiales aut Canonice Saculares convolvant, sola muniti licentia ipsorum Superiorum Regularium; quos quidem suspicabantur in ea concedenda haud difficiles se præbere, ubi de turbulentiis hominibus, aut ipsi Religiosi in utilibus agerentur; Ipsis vero etiam Canonice Regularium Lateranensium, & Sanctissimi Salvatoris Ordinis quos peculiari semper benevolentia profecti sumus; ex quibus non paucos probitate ac doctrina insignes, suorumque respective Ordinum amantes, & olim, quum in minoribus ageremus, & postquam etiam Apostolicam hanc Sedem tenemus, aperte conquirentes audivimus, non raro evenire, ut deprecatorum studio & auctoritate, cui Superiores obsequere aut nolent aut non audent, illos ex Collegiis suis cogentur amittere, ex quorum permanentia majorem utilitatem atque splendorem consecutus erat ipsorum Ordo, a quo idem per multos annos hanc in spem educati & alii fuerant, ac religiosi virtutibus, optimisque disciplinis imbuiti.

§. 30. Quocirca easdem præsentis Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod Canonici Regulares prædicti, aut quilibet alii etiam speciali nota & expressione digni, in præmissis interesse habentes, sed habere quomodolibet prætendentes, illis non consentiri, aut ad ea vocati & auditi non fuerint, aut ex alia quacumque causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauso, nullo unquam tempore de subreptione, vel obreptione, aut nullitatis vitio, seu intentionis noxæ, aut alio quolibet defecto notari, impugnari, in jus vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, aut adversus illas aperiendi oris, aut quodcumque aliud juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari posse; sed easdem præsentis semper firmas, validas, & efficaces esse & fore, ac ab omnibus & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, inviolabiliter observari, Sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, distatque Sedis nuncios, & alios quoslibet quavis auctoritate & potestate fungentes, & quandocumque functuros, sublata eis, & eorum culibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, judicari, & definiti debere, & si seculus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

§. 31. Non obstantibus, quatenus opus sit, Innocentii III. Prædecessoris prædicti dispositione in prædicto Capitulo, quod *Dei timorem*, necnon de jure quæsitio non tollendo, aliisque Nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, ac quibusvis Apostolicis, etiam in Universalibus, provincialibusque Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus, Ordinibus quoque Canonice Regularium, & utriusque eorum Congregationis prædictæ, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, Ordinationibus Capitularibus, usibus, sicut etiam quantumvis inveteratis, & quacumque ultimi status existentia, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet facientibus vel extantibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis utriusque vel alterutri Congregationum prædictarum, earumque Monasteriis, Superioribus, & personis in genere, vel in specie quomodolibet forsan concessis,

confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium & singulorum tenores, formas, Causas, & occasiones præsentibus pro plene & sufficienter expressis & insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, specialiter, expresse, ac plenissime & amplissime motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 32. Cæterum quia difficile foret, ipsas præsentis Nostras Literas ad signala loca, ubi opus esset, deferri; volumus, ut earum transcriptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem ubique fidei habeatur, tam in judicio, quam extra, quæ eisdem præsentibus haberentur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 33. Nulli ergo omnino Hominum liceat paginam hanc Nostræ Constitutionis, definitionis, declarationis, statutorum, decretorum, atque Ordinationum infringere, vel eidem ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quadragésimo quinto, septimo Idus Julii, Pontificatus Nostri Anno Quinto.

D. Card. Passioneus.
J. Datarius.

VISA DE CURIA.
J. C. Boschi.

L. Eugenius.

Registrata in Secretaria Brevium.
Public. die 23. ejusdem Mensis, & Anni.

CONSECRATIO

Joannis Van Stiphout in Pseudo-Episcopum Harlemensem damnatur, ac suspensionis & excommunicationis sententia in ipsum edicitur.

Dilectis Filiis Universis Catholicis in Fœderato Belgio commorantibus.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilecti Filii, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

TAM præclaram quidem de egregia virtute & constantia vestra rebus ipsis semper probata & Apostolicis etiam laudibus commendata, gerimus opinionem, ut plane persuasum habeamus, Vos nullis ad procul emandandam omnem execrandi schismatis luem, & ad Catholicam Fidem Orthodoxamque Religionem palam ubique profitentem tuendamque, Apostolicæ nostræ caritatis, sollicitudinis, exhortationisque novis stimulis indigere. Verum pro demandata infirmitate nostræ a Supremo Pastorum Principe æternoque Animarum nostrarum Judice Jesu Christo universalis Ecclesiæ suæ pro curatore obstricti, facere non possumus, quin Vos sæpe de sacrilega perditorum hominum temeritate & audacia etoecamus, atque insimul admonemus, ut quancumque tenuissimam suspitionem pro infidias veteratorum Schismatis patronorum cuiusvis vestrum de eorum reconciliata Nobiscum gratia & communione forsan injiciendam ab animis vestris penitus removeatis.

§. 1. Postquam enim per alias nostras in simili forma Brevis Literas die xxvi. Mensis Junii proxime elapsi currentis anni MDCCXLIV. ad Vos datas, typis etiam impressas, & publici juris factas, Electionem Joannis Van-Stiphout Amstelodami Pseudo-Pastoris in Harlemensem, Hieronymo de Boe & vivis sublato, Pseudo Episcopum, a Petro Joanne Meindarts Pseudo-Archiepiscopo Ultrajectensi, & ab ejus

PONT. A. V.

De exemplorum auctoritate.

Sanctio penalis.

Dat. die 5. Julii 1745.

CXXXV.

Sollicitudo Pontificis ac Catholicæ congregationis schismatis attingat.

Elect. Pseudo-Episcopi nulla.

PONT. A. V.

Ejusdem Consecrati, & subdole schismatis, atque.

Pontificatum rejicit electionem, Consecrationem, damn. Consecrati, suspendit.

Tam ab exercitio jurisdictionis, quam Ordinibus.

Ejus communitatem violenter detrahit.

Ordinat. illegitimas fecit delect.

Adhortat.

cem alienorum audire, sed Pastorem sequi, & domum edificare supra firmam petram. Ac Vobis, Dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem, quam celestis prædicti pignus, atque adversus potestates tenebrarum arma & scutum esse optamus, peramanter impertimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anno Nostri Piscatoris die 28. Augusti MDCCXLV. Pontificatus Nostri Anno VI.

Dat. die 28. Aug.

D. Cardinalis Passioneus.

Public. eodem die, mensis & anni.

DECRETA QUEDAM CXXXVII.

A cardinali Patriarcha Lisbonensi edita collaudantur & confirmantur.

Dilecto Filio Nostro Thome Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali de Almeida nuncupato

BENEDICTUS PAPA XIV.

Dilectæ Fili noster, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

SINGULAREM voluptatem sensimus ea perlegentes, quæ graviter ac sapienter a Te constituta sunt, ac die xxi. Martii Anno MDCCXLIII. evulgata, ut omnibus innotescerent: Cognovimus pariter adentissimum studium, quo tum Regulares, tum Sæculares, aliosque tuæ Pastoralis Curæ commendatos vehementer excitas, ut iidem mandatis diligenter obtemperent.

§. 1. Primo loco præcipis, ut Vespertina Officia, quæ feria V. Majoris Hebdomadæ fieri consueverunt in Ecclesiis Sæcularium, ac Regularium, ad certam horam solum protrahantur; & ipsarum Fores ad mediam horam post occasum Solis occultantur; nec nane ante pateant, quam solius Ortus illucescat: Siquidem cognitum, perspectumque habebas ad honestos mores labefactandos causam præberi, cum magna frequentia Virorum, ac mulierum nocturno tempore in ea Templâ conveniret; quam sane veterem consuetudinem ideo Prædecessores tui nunquam improbarunt, quod in nocturni Fidelium conventus, tunc temporis pietatem, ac religionem solum præferebant.

§. 2. Secundo loco, ne spatio illius noctis Divina Eucharistia Cultu debito caret, sapienter indixisti Viris Ecclesiasticis, eorum Ministris, & fratribus Sodalitatum, quæ a Venerabili Eucharistia Sacramento nuncupatur, ut oculis Templi foribus, alternatim Christo Domino pie religiosèque obsequantur, qui sub panis specie continetur.

§. 3. Tertio loco, cum Passio Salvatoris nostri intempestivis horis a Concionatoribus celebrari solet, ideo pro tua singulari prudentia decernis, ut mane feria VI. Majoris Hebdomadæ hi sermões habeantur, statim ab Evangelium, quod eo die canitur in solemnibus Officiis, absolutum fuerit; uti vero consuetudo obtinuit, ut nocte ejusdem feriæ VI. verba faciant Concionatores, alia hora post meridiem ejus diei seligatur, ita tamen, ut Fores Ecclesiæ designatæ antea tempore offerri queant.

§. 4. Quarto loco, cum illi, qui Ecclesiis adhibentur peculiaria quosdam cibos secum deferunt, quibus deinde etiam in ipsis Ecclesiis uterentur, ita ut cultum Dei Templo contentaneum, & legem jejunii impudenter violarent; cum, inquam, hanc corruptelam sine magno animi tui merore pati ac dissimulare minime posses, opportuna remedia attulisti, gravissimis sententiis, ac penis in eo promulgatis, qui cibos eiusmodi per illos dies venderent, vel ipsos manducare etiam in sacris Aedibus non dubitarent.

§. 5. Hæc potissimum ex Decretis tuis delibata ob eam causam commemoravimus, ut ipsa diligenter a cunctis vestris perfectè dignosceres; neque prætermittimus cetera, quæ in iidem Decretis habentur, nempe vehementem cohortationem, ut Ecclesiis cultus exhiberetur, ne Deus hac gravissima quidem injuria atque impudentia læcessitus, ad iracundiam concitetur: Potestemque cum Decreta hujusmodi probari a Nobis magno

Officia Hebdomadæ Maj. de die celebra.

Adorationem charitatis Cultu debito caret, sapienter indixisti Viris Ecclesiasticis, eorum Ministris, & fratribus Sodalitatum, quæ a Venerabili Eucharistia Sacramento nuncupatur, ut oculis Templi foribus, alternatim Christo Domino pie religiosèque obsequantur, qui sub panis specie continetur.

Conciones in sacris Aedibus non dubitarent.

Commissio- nes ab Ecclesiis etiam.

Quæ subji- cimus nobis perfectè dignosceres; neque prætermittimus cetera, quæ in iidem Decretis habentur, nempe vehementem cohortationem, ut Ecclesiis cultus exhiberetur, ne Deus hac gravissima quidem injuria atque impudentia læcessitus, ad iracundiam concitetur: Potestemque cum Decreta hujusmodi probari a Nobis magno

ANNO 1745.

Vetus Officium...

Que utiliter...

Serice priorem...

Obi invec...

Plura de his...

In Sacellis...

Præmissa...

gnopere depofcas, ut noſtra auctoritate corroborata per-

ſ. 6. In primis contentianem quidem antiquis Ec-

ſ. 7. Agnoſcimus pariter animi tui conſilium ab Ec-

ſ. 8. Supervacanum ducimus ad hac probanda pro-

ſ. 9. Omitimus verba facere de hora, quam pro ha-

ſ. 10. Cum igitur tua Decreta præſentibus Ec-

cleſiæ moribus & Inſtitutis contentanea plane videan-

ſ. 11. Interea, Dilecte Fili Noster, tuis, ac tuorum

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 31. Au-

DIERUM FESTORUM

De Præcepto, aſtivis menſibus occurrentium, reductio,

Venerabili Fratri Epifcopo Poſnani.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Prater, ſalvum, & Apoſtolicam

NUPER pro parte tua Nobis expoſitum fuit: quod

ſ. 1. Nos igitur, qui divinum cultum quantum cum

PONT. A.V.

Dat. die 31. Aug. 1745.

CXXXVIII.

Agros colentes...

Dispensatio...

Qui ad S. Sedem...

Conceditur...

Excepto Feſto...

ANNO 1745.

PONT. A. VI. facias & cares; præſcriptis tamen iſis cautelis quæ ju-

ſ. 2. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Univerſali-

ſ. 3. Cæterum per translationem Feſtorum hujusmo-

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annu-

ſimile Indultum jam pridem conceſſum fuerat pro Dia-

UT per tres antedictos menſes liceat iſis ad ſua exer-

FRUCTUS CENSUUM.

Cambiorum &c. a Communitatibus Diſionis Ecclē-

BENEDICTUS PAPA XIV. MOTU PROPRIO &c.

ſ. 1. Quod ſi ſtato riſerito da Perſone degne di tutta fede,

ſ. 1. Quod ſi ſtato riſerito da Perſone degne di tutta fede,

mare la ſeverchia avidità di coſtoro, e dall' altro ſigra-

ſ. 2. In ſequela di che vogliamo, e dichiariamo, che

ſ. 3. E che così da qualunque Giudice Ordinario, o

ANNO 1745.

Episc. praeire debent in templo.

Dioceses visitare, & in iis religere.

Dat. die 8. Sept. 1745.

DE CAUTELIS

Præstandis in conscribendis Processibus super fama sanctitatis Servorum Dei. De prohibendis Imaginibus SPIRITUS SANCTI sub humana specie depicti. De aliis superstitionibus non tolerandis.

Venerabili Fratri Josepho Episcopo Augustano.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

INQUISITIONE nostrae dudum relatum fuerat, in Civitate Imperiali Kaufsburga, quam incolunt fidei Orthodoxi, ac Lutheranae professionis sectatores, vitam degere sanctitatis opinione celebratam, ut alfiduus ad eam concursus fieret hominum etiam virtute & genere illustrium. Quapropter multiplici experimento edocti, inanes aliquando affectatae sanctitatis larvae obtendi, atque etiam ab animarum Directoribus, ob suos peculiares fines, eoque interdum minus rectos, deprædicatori & divalgarî; datis ad Fratemitatem tuam Literis die 17. Maji superioris Anni 1744. discretioni tuae commisit, ut in prædictæ Sororis Crescentiæ vitam & mores inquireret, deque illius agendi rationibus, sive bonis, sive malis, certiores Nos redderet.

1. Quamvis autem ante Literarum nostrarum adventum, eadem Soror Crescentia extremum diem obisset; ideoque expiratæ dici posset nostra Tibi directæ commissio; attamen Fratemitas tua Pastoralis vigilantia partes esse judicavit, graves quosdam atque prudentes Viros ad hoc subdelegare, ut in ejusdem Defunctæ mores eam inquisitionem exercent, quam, ipsa vivente, fieri cupiebamus. 2. Hujus itaque inquisitionis acta, aliaque ad rem pertinentia, una cum Epistola tua scripta die 24. Maji proxime elapsi, ad Nos allata fuerunt; & Nos quidem Epistolam ipsam statim legimus & perpendimus; ipsa vero acta, aliaque annexa, Viris expertis credidimus redigenda in summarium, quod deinde, simul ac per tot alias, quibus distineantur, occupationes & curas Nobis licite, cum ipsis authenticis actis & documentis conferre non prætermittimus.

3. In his omnibus equidem nihil offendimus, ex quo defuncta Soror Crescentia de affectatae sanctitatis crimine argui possit. Verum ex ipsis Testium dictis (etiam si integra fides is adhiberetur, nec ulla justè adesse suspicio, eos ad favendum prædictæ Sorori præcedenter instructos fuisse,) illius quidem vitam ad normam probitatis exactam, & gravibus exemptione criminibus agnoscente Nobis visi sumus; nullam tamen heroicam virtutem, nullum signum, sive miraculum ad Omnipotentem Deo, ipsius intercessione, patrum deprehendisse, ingenie fatemur. 4. Non ignotum Tibi esse Opus De Canonizatione Sanctorum a Nobis conscriptum, ex Fratemitatis tuae Literis intelleximus. In quo opere elaborando, postquam ultra viginti annos in munere Promotoris Fidei versati sumus; qualemcumque operam Nostram conserere opportunum duximus; non ut Doctrinæ laudem ac nominis celebratam consequeremur; sed ut certam ac tutam methodum traderemus dirigendi ferriem Causarum Beatificationis & Canonizationis, quæ ob varias opiniones Scriptorum, qui in negotiis Congregationis Sacrorum Rituum non satis versati fuerant, aliquo modo involuta ac perturbata videbatur; atque omnium oculis pateat, quam caute ac diligenter Apostolica Sedes in hujusmodi Causarum examine se gereret.

5. In hærendo itaque Regulis in eo Opere expostitis, quæ non equidem a Nobis conditæ, aut primum excogitæ, verum ex præfatis Congregationis disciplina collectæ, & aliorum usum productæ fuerant, satis agnovisse poterit Fratemitas tua, hujusmodi Causarum initium fieri a conscribendis Processibus propria & Ordinaria auctoritate Episcoporum, sive aliorum Ordinarium Præfultum. His tamen minime properandum esse in demandanda consensione hujusmodi Processuum; sed expectandum esse congruum temporis intervallum ab obitu illius Dei Servi, sive Ancillæ, de cuius virtutum, aut miraculorum fama inquirendum sibi esse duxerint; neque vero admoveandam esse operi manum, nisi præcesserit vera & legitima fama virtutis heroicæ, aut miraculi ad illius Servi Deintercessionem, sive invocationem, a Deo patris; Nihil enim frequentius esse, quam post mortem alicujus fidelis Viri, aut Mulieris, magnam sanctitatis vel miraculorum opinionem in populo oriri, ac potissimum si ab aliquibus de industria foveatur; quæ tamen opinio, nisi veritate innixa sit, vel ipso temporis lapsu languescere, & interire, vel etiam si hominum artifices aliquandiu sustentari pergant, perspicuis tandem Divinæ Sapientiæ consiliis defrui, & confundi consuevit. In conscribendis autem hujusmodi Processibus, præcipue considerandum esse extremum mortis articulum, in quo nisi aliud illustre & sanctitate conspicuum se obtulerit, reliquæ omnes inquisitiones superfavacaneæ remanent; Denique ubi a Defuncto, vel ipso jubente & probante, ab alio quolibet, aliquid scriptum fuerit; ne in præfatis concinnandis Processibus inutiliter tempus, animumque infumatur, ante omnia ad trutinam revocanda esse hujusmodi scripta, ac diligenter investiganda, an aliqui contra Fidei veritatem, aut contra morum integritatem contineant, vel ullam peregrinæ doctrinæ novitatem a communi Ecclesiæ sensu & consuetudine alienam exhibeant.

6. Porro Fratemitati tuae in procuranda Processuum ad Nos transmissi compilatione, non id propositum fuisse putamus, ut Causam Beatificationis Sororis Crescentiæ quomodocumque promovendam inchoare vuleris. Novimus, potissimum inquisitionis peractæ scopum fuisse, ut de Moniali Defunctæ moribus instructos Nos redderes, & an affectatae sanctitatis notam meruerit, Nos edoceres. Sed sanctiam facile evenire posset, ut servente adhuc plurimum pio erga illam affectu, enixe a Te postularetur, ut conscribendis Processibus initium fieret; ideo non inopportuno duximus, præmissa omnia Tibi in memoriam revocare, tutioremque agendi rationem paucis innuere; quam necessariam omnino putemus, per aliquod temporis spatium inquisitiones differri, atque interim observari, quo res evadat, an nullam appareat artificii, humanæque machinationis vestigium; an denique requisitæ conditiones ad sint pro inchoandis Processibus ad Beatificationis iudicium instruendum profuturis.

PONT. A. VI. Imago Processus supra communiem vitz probitatem.

Idea Operi cedendum in conscribendis Processibus super fama sanctitatis.

Caute procedendum in conscribendis Processibus super fama sanctitatis.

Quid potissimum observari interit.

De iisdem cautelis.

PONT. A. VI.

Imagines Spiritus Sancti sub humana specie depicti.

Episcopi prohibito prohibere, conscribitur.

Divina natura pingi non potest.

Imagines Dei iuxta appositionem in Scriptura re late dicitur fieri.

Auctoritates Theologorum.

7. Quod etiam in casu, de quo agitur, magis expediti censuimus; tum quia in collectis nuper plura Virorum, atque mulierum testimonis, ut supra diximus, nulla elucet virtutis aut miraculorum probatio, nec in obitu Sororis Crescentiæ splendendum ullum sanctimonis indicium apparet, tum quia complura hujus scripta supersunt, quæ ante omnia opus est ad examen vocari. Quod si etiam conspilationi Processus Ordinarî, ad inchoandam Beatificationis Causam, locus esset, necessarium plane videretur exactam Instructionem pro recta illius consensione, juxta ea, quæ in prædicto Opere Nostrae Canonizationis conscriptimus, hinc ad vos mittere; quam in prædicto Processu Nobis oblato, nostroque iusto peritissimis Viris discussio, animadvertendum fuerit, Telles in eo inductos turmatim examinatos fuisse; nec prævium, ut par erat, iusturandum præstitisse; quinque non ita, ut oportebat interrogati fuerint, generalia dumtaxat deposuisse, nihil de peculiaribus actionibus defunctæ Sororis enarrantes.

8. Atque hæc, Venerabilis Frater, satis esse possent, ad accuratam illam, que de commissa Tibi inquisitione Nobis reddidisti rationem; nec ulterius progrediretur Epistola Nostra, nisi alia quædam Literis tuis Nobis indicanda iudicasset; inter quæ præcipuum locum obtinet, quod scribis, de publicatis, lateque diffusis quibusdam Imaginibus Spiritus Sancti sub speciebus Juvenis forma referentibus, subscriptis verbis: *Peni sanctæ Spiritus*; de quibus Imaginibus, utpote statim undequaque sparitis, atque multiplicatis, duo potissimum inquirenda sunt: primum, an Soror Crescentia eas invenerit, vulgaverit, approbaverit; alterum, an (prætermissa indagine de earum auctore) hujusmodi Iconum usus, expressio, & veneratio, sive intra Ecclesiâ, sive extra illas admitti possit.

9. Nos autem de prima questione minime verba faciemus, eamque intactam relinquimus iis, quibus forsitan de virtutibus Sororis Crescentiæ quandocumque inquirendum esse contigerit; sive agendum fuerit de permittenda introductione causæ super ipsius Beatificatione, sive, introductam iam causâ, de ipsius virtutibus æstimandis & comprobandis.

10. De altera vero questione dicturi, primum omnium Apostolicum Fratemitatis tuæ zelum; quo hujusmodi Imagines huc illuc sparsas, & per Consuetudinem, per Ecclesiâ, per Chororum palam expositas, aufert, & removeri iustitit, laudamus, atque probamus, Te hortantes, immo etiam auctoritate, qua fungimur, Tibi mandantes, ut in suscepto proposito firmiter constanterque perseverans, nullo pacto permittas hujusmodi Icones ulterius multiplicari, quantumque vero ullibi existere compereris, eas omnes & singulas de medio tollas; adhibitis iis auctoritatibus simul, prudentiæque tuæ remediis, quibus optatum finem sine turba, ac tumultu consequi posse judicaveris.

11. Neminem profecto latet, impium atque sacrilegum errorem fore, divinæque naturæ injuriosum, si quis se putat Deum Optimum Maximum, sicuti in se est, coloribus exprimere posse. Quam enim illius Imago depingi, atque oculis subjici nequeat, nisi tamquam materialis alicujus substantiæ, corpore figura & partibus præditæ; si quis has qualitates Divinæ Naturæ tribueret, is profecto in Anthropomorphytarum errore incidere.

12. Representatur tamen Deus eo modo, eaque forma, quibus in Scripturis sanctis legitimus ipsam mortalibus apparere dignatum esse. Licet enim id ab Heterodoxis Scriptoribus improbe reprehendatur, inter quos Simonem Episcopum vidimus *Juarum Institutionum Theologicarum lib. 4. c. 2. cap. 10.* asserentem non licere Deum pingere, nè sub ea quidem forma, qua se hominibus videndum exhibuit; ex nostris vero etiam Durandum opinatus fuerit hujusmodi Imaginum usum minime expedire; & Joannes Hestelius, Catholicus titidæ Scriptor, *Cathechismi sui lib. 1. cap. 65.*, huic opinioni favore videatur, dum ait innocuas quidem fore hujusmodi picturas, si ea doctis tantummodo Viris conspici deberent; sed quom sapientem & insipientium oculis expostitæ esse debeant, facile evenire posse, ut indoctis per eas male de Deo credendi occasio præberetur.

13. Nihilominus communiter Catholicæ Theologi aliter docent. Petavus *Theologicarum Dogmatum lib. 4. Bullar. Rom. Bened. XIV. Tom. 1.*

14. De Incarnatione cap. 14. ut videre est ipsius Operum Tomo 17, licitum esse demonstrat, Deum sub ea forma depingere, qua ipsum accepimus semetipsum conspiciendum præbuisse: *Communis Catholicorum assensu in veteravit opinio, nimirum ut eatenus figurari Deus profest, qua sub externa aliqua specie aspiciendum se præbuit hominibus.* Molanus doctus, auctor, *Historie Sacrarum Imaginum l. 2. c. 6.* hanc ipsam sententiam confirmat: Eandemque questionem duo alii clari nominis Theologi egregie illustrant, nimirum Suarez in 3. part. D. Thoma tom. 1. qu. 25. art. 3. *disput. 54. sect. 2. pag. 793.* & Valenza tom. 1. *Suorum Operum pag. 284.* Quibus addendi sunt duo S. R. E. Cardinales, Bellarminus, & Gotti, a Nobis alias citati in Opere Nostræ De Canonizatione Sanctorum lib. 1. part. 2. cap. 20. num. 2.

14. Imagines Deum ita representantes minime reprobat sacra Tridentina Synodus sess. 25. De Invocatione, veneratione, & Reliquiis Sanctorum, & Sacris Imaginibus, sed Episcopis mandat, ut Populos edoceant, per hujusmodi Picturas erudiri & confirmari Gregem Christi in articulis Fidei commemorandis, & assidue recolendis. Si quis vero privatus hujusmodi Imaginum usum opinione sua probare ausus est, Ecclesiastico iudicio damnatus fuit, ut indicat Propositio xv. inter damnatas a sel. rec. Prædecessore Nostræ Alexandro Paqa VII. die 7. Decembris 1690. quæ sit habet: *Dei Patris sedenti simulacrum usas esse Christiano in Templo collocare.*

15. Et profecto quum in Sacris Literis legatur, Ratio Deum ipsum sub hac, aut illa forma hominibus se vindum exhibuisse, cur sub eadem forma eundem pingere non licebit? Si ergo *Litera legitibus permittuntur; cum tamen sacre Literæ in maxima veneratione habeantur, cur non etiam Imagines permittuntur?* Verba sunt Alphonsi de Castro lib. 8. *adversus Hæretes*; quo etiam argumento strenue usus est Cardinalis de Richelieu in suo Tractatu, *De facilitati ratione reddendæ per, qui se ab Ecclesiâ segregaverunt lib. 3. pag. 439.*

16. His positis principiis minime dubilis, facile patebit, qua ratione Imago Spiritus Sancti a Pictoribus efformari debeat, & quænam ipsius Imagines approbari debeant, aut reprobari. In Sanctis Evangelis a BB. Matthæo, Marco, & Luca conscriptis, ubi Baptismus enarratur, quem Dominus Noster Jesus Christus a Joanne accipere voluit, legitur, apertum fuisse Cœlum, & Spiritum Sanctum corporali specie, sicut Columbam, super eum descendisse. Quod cur factum fuerit, mirifice explicat Dionysius Alexandrinus in Epistola adversus Paulum Samosatenum; quæ extat in Collectione Conciliorum Labbei tom. 1. pag. 867. ita: *Cur vero in specie Columba Spiritus Sanctus descendit? scilicet ut nos doceret, qui misit illum, quique eum, quem misit, accepit. Sicut enim Nos dimisit ex Arca Columbam, & ipse illam recepit; ad eam similitudinem intelligendum Nobis est, ipsius Christi esse Spiritum Sanctum coeternum; & quod erat ipse, hoc dedisse Nobis; & dividendem, & effundens super omnem carnem credentium, quia Deus est & Dominus, qui dicitur Nobis sum Sanguinem & Spiritum.*

17. Non hic opus est in eam controversiam ingredi, quæ inter eruditos Criticos agitur, super illius Columba in Columba natura. De hac olim egimus in Nostræ Tractatu *De Festis Domini Nostri Jesu Christi, Editionis Patavinae* §. 11v. qua editione absoluta, recentiorum quædam super hoc argumento vidimus Dissertationem inter *Discursus Historico-Criticos ad Illustrationem veteris & novi Testamenti* Typis editos *Hagæ Comitum an. 1737. pag. 148.*

18. Quod autem ad præsentem questionem attinet, quam Spiritus Sanctus in Columba specie olim visibiliter apparuerit; profecto illius Imago sub eadem specie depingi debet. Qua in re vetus Ecclesiâ discipulum nostrorum temporum consuetudinè adhiberetur. De ea siquidem testatur S. Paulinus Episcopus Nolanus, qui, sæculo Christi quito inuentæ, in epistola ad Severum, describens Picturas in Basilica S. Petri jam tunc existentes ita cecinit:

Plano coruscet Trinitas Myserio: Seas Christus Agno, vox Patris Cœlo tonat. Et per Columbam Spiritus Sanctus fuit.

ANNO 1745.

Concilium Tridentinum & de Sacris Imaginibus.

Spiritus Sanctus specie Columbae pingitur.

De natura Columbae in Jordane visæ.

Antiquas Ecclesiæ nos pingendis spiritum sanctum in specula nostrorum temporum consuetudinè adhiberetur.